



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVII. De Additamento & Adjectis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

dispositio. 15. sect. 8. num. 16. (Declara hanc regulam i. quod ea tantum sit accipienda de statuto ejus loci, ubi actus celebratur. vid. l. 6. de Evid. & plures apud Carpz. 5. constit. 9. Resp. 96. n. 8. & 3. conf. tit. 1. Respons. 13. num. 10.) 2. quando lex seu statutum prohibet actus substantiam, quia secus esset, si in aliquo actu solum qualitatem prohiberet, cum tunc actus contra legem factus non esset nullus, sed validus. Soar. d. c. 25. an. 10. Salas d. sect. 8. n. 19. in fin. & n. 20.

LII.

ACTUS perfectio consistit in conclusionem. l. contractus 17 C. de fide instrum. l. si voluntate 8. ubi Bald. C. de rescind. vendit. Surd. consil. 282. n. 17.

LIII.

ACTUS omnis consistit in voluntate & potentia agentis. Socin. reg. 30. vers. 3. Cov. in cap. cum esses 10. num. 7. de testament. & var. lib. 3. cap. 6. n. 9. Menoch. consil. 1. num. 259. & de presunt. lib. 1. pres. 80. num. 11.

LIV.

ACTUS in dubio videtur factus nomine proprio, non alieno. l. & magis 4. ff. de solut. l. Papinianus. 28. ff. mandati l. si ita stipulatus fuero. 126. §. Chrysochonus. 2. ff. de verb. obligat. l. pro herede. 20. ff. de acqui. vend. hered. l. si pater. l. 9. de probat. & pres. Tiraq. de retractu lig. §. 10. gloss. 1. num. 3. Gutier. de tutel. p. 1. c. 1. num. 22. & p. 2. c. 10. n. 1. (Quod tanto magis presumitur, quanto quis agit bona sua obligat. Soc. Sen. 3. consil. 100. col. 2. vers. 2. Bald. 5. consil. 333. Men. 1. consil. 58. num. 54. & seq. l. Et si 9. C. de praed. & aliis reb. min.)

Fallit haec regula in Tutore & Curatore faciente id, quod nomine alieno obligatus est agere. Et ideo licet quid faciat nomine suo presumitur, tamen & censetur facere nomine pupilli. l. 46. §. 2. de administ. tut. Bart. in l. Titium 47. §. altero 6. num. 2. ff. eod. tit. Surd. 1. consil. 9. num. 4. Mascard. de prob. vol. 1. concl. 38. num. 23. Unde tutor non solum presumitur solvisse de pecunia pupilli. Mascard. concl. 139. num. 6. Cravett. 1. consil. 129. num. 3. maxime quando non erat adeo dives, ut possit presumi eam pecuniam, quam solvit, habuisse. Cravett. d. loc. Sed & continuans mercantiam vel negotia patris censetur nomine pupilli continuare. Gut. de Tut. & Cur. p. 2. c. 10.

num. 9. Masc. d. l. num. 14. v. Berlich. decis. 14. & 15.

LV.

ACTUS quando ex duplici capite fieri potest, ex utiliori & firmiori factus censetur. l. 3. ff. de testam. militis. l. cum pater 29. ff. de jure dot. Reinol. in observ. practis. observ. 8. n. 12.

De Actibus mere facultatis
v. infra Facultas.

CAP. XXVI.

De Actu perfecto & impleto. Multa sunt perfecta, quae non dicuntur completa.

Sic stipul. verbis perficitur numeratione vel datione impletur. Emptio Venditio perficitur nudo conversa impletur numeratione pretii & mercis traditione. Matrimonium perficitur consensu, non impletur; imple e-nim nihil aliud est quam consummare concubitu. add. Cujac. l. 4. Resp. Scév. in l. 8. de Rescind. vend. saepe tamen in jure & haec sumuntur promiscue, ut in l. 21. §. ult. ad municip. l. 17. C. de fid. instrum. l. 1. C. de vend. reb. civ. lib. 1. l. 9. §. sed quod prator. 3. Quod met. causa. l. 7. de Novat.

CAP. XXVII.

De Additamento & Adjectis.

Axioma I.

Addi nec minui quidquam potest ei, quod est pro forma introductum. l. fin. C. de suis. & leg. vide infra de Forma.

II.

Si dispositioni quid addatur contra rei naturam, in eo dispositio non valet. l. 1. §. 1. si usufruct. pet.

III.

ADDITAMENTUM non mutat naturam ejus, cui adjicitur, imo sequitur eandem naturam, & eandem actionem imitatur, alias esset destrueri, & non addere. (text. est in l. 26. §. 2. vers. nec separabitur pactio, de pact. dot. l. 8. C. de Jur. dot. ubi vide omnino prolixè haec tractantem Barbof.) Oldrad. consil. 131. n. 17. vers. & hoc clarius. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 182. n. 1. ubi num. 3. post Roman. cons. 45. declarat, procedere si additamentum non auget, neque minuit actum primum, cui fit adjectio, quia censetur idem actus cum primo (Unde si inutile non vitiat cetera l. Non solent. 94. ff. de Regul. jur. & ibi Gothofr. in not. sed ipsum vitiat, textus elegans: in

*l. 5. §. 1. Si usufruct. pet. & pro non ad-
jecto habetur l. 20. placuit 29. de usur.*)

Unde additio, vel additamentum, quod venit ad interpretationem legis, vel statuti, aut alterius dispositionis, debet intelligi in casibus, in quibus loquitur statutum interpretatum, ut per Alex. *conf. 13. Circa primum. nu. 13. vers. præterea. lib. 3.* subditque quod ipsa additio interpretativa facta statuto antiquo, est repetitiva, & influit etiam in statuto novo facto in additionem antiqui.

Limita, nisi additamentum repugnet substantiæ rei, cui adjicitur, quia tunc potius destruit, ut de pacto de non revocando in causa mortis, de conventionem in prætoriam stipulationem, & similibus, quæ inducunt novam dispositionem, & novam substantiam, quia sibi non communicant, nec invicem compatiuntur. (Additum enim si diversæ formæ, facit rem desinere esse talem. Exemplum elegans in *cap. 1. extra de consec. Eccles. & altar. Oldrad. consil. 172. in princ. n. 5.* quem refert Cardin. Tusch. *de concl. 182. n. 13.* (Similem observationem proponit Bart. & Alex. *ad l. 6. d. 1. & I. item Bart. ad l. 1. de Ed. & l. 3. C. eod.* In Additionalibus libellis ubi ostendunt, quod additio scilicet substantialis ad libellum, novum faciat libellum & novam instantiam. *Ang. in l. 1. §. si stipulanti de V. O.*

CAP. XXVIII.

De Ademptione,

Axioma I.

Quod iterum ademptum nunquam videtur datum. *l. 14. in fin. pr. de leg. 1.*

II.

Sicuti plus ademptum videtur, quam datum, id ademptum videtur, quod datum est. *l. 35. §. 5. de adim. leg. l. 7. §. 2. de lib. leg. l. 1. §. 4. & 5. de V. O.* Ratio est, quoniam summæ majori semper inest minor. *l. 110. pr. de R. 2.*

III.

Ademptum uni applicatur alteri, in cuius favorem fit ademptio, textus in *l. 9. vers. quorum commodo. C. de suis. & leg. l. penult. C. de legat.*

Limita tamen hanc regulam quod procedat tantum in dispositione juris, secus in dispositione hominis. *Jac. de Belvis. ad N. 22. c. 23. quem citat. & seq. Bart. ad l. 39. al. 41. §. heres de leg. 3. Aret. conf. 67. col. 3. vers. venio ad secund. R. sing. 697.*

IV.

Quidquid contra naturam rei adimitur, pro non adempto habetur. *l. 1. §. 1. Si usufruct. pet.*

CAP. XXIX.

De Adjectione.

Axioma I.

Adjectio non semper auget dispositionem, sed aliquando minuit: ut elegans exemplum occurrit in *l. penult. de Servit. præd. rust. ubi Bald. ratio in l. 4. in fin. eod.*

II.

Adjectione res immutatur. textus in *clerm. 2. de Elect. & l. 6. de I. & I.* quod tamen de adjectione aliqua substantiali non accidentali est accipiendum. *Bart. & Alex. ad d. l. 6. vid. sup. de additamento.*

III.

Adjectio declarat dictum. Elegans exemplum in *l. interdum 13. pr. de hered. Instit. ubi Bald. n. 2.*

IV.

Illicite adjectum pro non adjecto habetur. *l. 29. de usucap. vide supra de Additamento.*

V.

Adjectio in continenti facta nil immutat circa prius disposita. *l. sedes si adjiciatur 13. pro Soc. l. species 15. de aur. & argent. Everhard. in top. in loc. ab Emr. ad cens. num. 8.*

CAP. XXX.

De Adjectivo,

Quando præcedunt duo substantiva adjectivum sequens utrumque determinat, *l. 13. ubi Bart. ff. quod mer. causa.*

Excipe nisi adjectivum non possit prædicari de utroque substantivo, tunc enim positum post plura substantiva ad illa tantum refertur, ad quæ referri potest, salva ratione recti sermonis. *l. Plautius 8. de aur. & arg. leg. Durant. de art. test. tit. 6. caut. 50. Bart. d. loc. Gotthofred. ad d. l. 8.*

CAP.